



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

VI. Iac. Sadoletvs Episc. Carpent. Antonio Pra o S.R.E. Cardinalis S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Antonio Prae o S. R. E. Cardinali S. P. D.

Mea tuarum maximarum occupationum cogitatio facta, ut minus saepe ad te literas dem, quam cuperem. Sed ubi nominis tui honor agitur, non puto me alienum ab officio facturum, si quae tuae dignitati convenire arbitrer, liberè ad te scribam. Sumus in maximo meo te omnes, quibus te ceteris regendi ordo, & iustitia cordi est, ex Cossinerij Aquensis praesidis viri clarissimi & sanctissimi morte. Qui his regionibus & populis ab te prepositus, tanquam è caelo nobis missus, novae integritatis & iustitiae lumen quoddam omnibus ostendebat: suamque prope inauditam virtutem cum tua maxima laude, & istius regis admirabili gloria, labore & vigiliis suis, omnium hominum temporis & commodo expositam habebat. Qui alieno sanè tempore nobis ereptus est: suo ipse profectò non mediocri bono, sed cum nostro gravi incommodo. Quanquam ego eum de facie non noueram. Verùm ita se gerebat in eo munere, quod illi ab te commissum fuerat, ita aequitatem, veritatem, imbecillitatem, aduersus iniuriam, mendacium, violentiamque protegēbat, ac tuebatur, ut quotidianis illius laudibus, & commemoratione clarissimorum operum calerent aures meae. In quo egregia quaedam iuncta erat commendatio nominis tui, cum incredibili cunctorum erga te benevolentia. Sic enim omnes iudicabant, ad tuas ceteras virtutes, quae vno omnium ore celebrantur, prudentiam, grauitatem, integritatem, doctrinam, quae ita in re elucet, ut solus prope omnium hominum tantis curis & negotiis, quae gubernas, habere par, hanc quoque accedere laudem dignam sapientia tua, ut non solum per te, sed per alios etiam, velles populorum & gentium saluti ac tranquillitati esse consultum. Cum enim cerneremus omnes, quam tu curam suscepisses, ut optimus nobis rector praesiceretur: & tuam providentiam de nobis agnoscebamus, & in te amore incredibili accensi ferebamur. Ac nostra quidem erga amplitudinem tuam voluntas eadem futura est, eademque de tuis virtutibus opinio. Sed tu in quo spes nostrae sita sunt, cuius fiducia cuncti in tanto dolore aliquantulum acquiescimus: per Deum ipsum immortalem, qui haec facta & opera imprimis inuictur, qui te merito voluit tanta potestate esse praeditum, ut istam tuam mentem tot sapientiae thesauris referatam, ad publici boni curam totam conferres: ne desere nos, eandemque adhibe auctoritatem & diligentiam, quam adhibuisti antea: ut similibus nobis praeses iustus, ac grauis, tuarumque imitator disciplinae de-

integro præponatur. Quod cum feceris, non magno tuo labore
 gratiam, es consecutus apud Deum gratiam, apud homines
 illud. Nos quidem qui tui totum sumus, & tuo nomini, famæ,
 honorisque præcipue dedisti: quantum erit in nobis, non sine
 minus huius tui tanti ac tam insignis beneficii prædicationem, ne-
 que nunc silentio tegi, neque apud posteros mutam esse. Vale.
 Carpentoracti, Prædicæ Nonas Iulij, M. D. XXXI.

VII

IAC. SADOLETYS EPISC. CARPENT.
 Antonio Prato, S. R. E. Cardinali S. P. D.

Quæta fuerit humanitas in excipiendo Paulo meo, cum is
 illatum ad te meis verbis venisset: quanta declaratio eius
 benevolentie, quam erga me susceptam habes, eo referente
 narrataque cognoui. Pro qua, quid ego tibi dicam? Habere
 me gratum tibi? habeo equidem. Sed quid istud est, tantis iam
 à te beneficiis acceptis? An me relaturum eam aliquando? Quis
 audeat hoc loqui? aut quis non intelligat, sicut ad solis lumen
 lychni igniculum, sic ad virtutem, ad amplitudinem, ad auto-
 ritatem tuam, meas omnes fortunas nullius esse momenti? Sed
 ne ego plane ingratus sim, si non agnoscam, & cui, & quantum
 debeam, audebo nimirum agere tibi gratias, atque eas quidem
 quam postulæ maximas: te vehementer deprecans, ut tua illa
 preces atque eximia erga me humanitas, qua me tibi in per-
 petuum obtinixisti, hoc etiam addat ad reliqua plurima bene-
 ficia omni, aut meam hanc gratiarum actionem in bonam
 partem accipiat: meumque memorem, & gratum animum ap-
 probet, etiam si pares meæ voluntati effectus non sequantur. Id
 quod me à sapientia, & ab animi tui æquitate spero iam impe-
 trasse. Ego hoc tempore versor in opere omnium difficillimo,
 ut dicit Pauli epistolam interpreter ad Romanos. Cuius operis
 curam sum quoque librum confecissem (nam in tres libros tota
 illius commentatio est) forte iter hac habuit amplissimus vir
 Collega tuus Franciscus Turnonius, cognitaque meorum stu-
 diorum ratione, cum me multum ut perseverarem hortatus est,
 tunc illud petiit, ut simul atque hunc primum perfecissem librum,
 ad eum statim mitterem: quod idem postea per literas non desti-
 tit pollicere. Id ego nunc feci: nulli, ipsum volumen, exami-
 nandum omnium doctorum iudicio, qui modo æquitatem ani-
 mi cum doctrina habeant coniunctam. Nam quod ad me atti-
 nes, paratus ad verum, sum, & probari, & reprehendi. Quæ etiã
 & præcipue si fuerit iusta, mihi futura est utilior: quando per il-
 lum